Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">

Mar

tomaru et Andrea et philippu et Bartholomeu et matheu
et Thoma. et Jacobu alphei et Thadeu et Symone Cananeu
et Juda scariot q et tradidit eu. Et uenerunt ad domu. Et co
uenit iterru turba ita ut no possent nez panem manducare. Et
cu audissent sui exierunt tenere eu dicebant enim Quia in furo
uersus est. Et scribe q ab Jerosolimis descenderunt dicebat Quia
beelzebub habet. et q in principe demoniorum eiciebat demonia. Et conuo
cans eos in parabolis dicebat eis Quomodo pot sathanas sathanam eicere. et si regnum in seipsum diuidat. no pot stare regnum illud
et si domus super semetipsam diuidat. no pot domus illa stare.
et si sathanas consurrexerit in semetipsum diuisus est. et
no pot stare sed finem habet. Nemo pot uasa fortis ingressus
in domum diripere. nisi forte prius alligerit fortem domum eius diripiet
Amen dico uobis Quia omia dimittentur filiis hominum peta. et blas
phemie quibus blasphemauerunt. Qui autem blasphemauerit in spiritum
sanctum no habet remissionem in eternum sed reus erit eterni delicti quia
dicebant immundum spiritum habet. Et uenerunt mr eius et fres eius. et
foris stantes miserunt ad eum uocantes eum. Et sedebat circa eum turba
Et dicunt ei Ecce mr tua et fres tui foris querunt te. Et respondens
ait eis Que est mr mea et fres mei. Et circumspiciens eos q in circui
tu eius sedebant. ait. Ecce mr mea et fres mei. Qui enim fecerit uo
luntatem dei hic est fres meus et soror mea et mr mea est. Et cetera.

Et iterum cepit iesus docere ad mare. Et congregata est ad eum turba multa ut in nauem ascendens sederet in mari. Et omis turba erat circa mare super terram. Et docebat eos in parabolis multa et dicebat illis in doctrina sua Audite. Ecce exiit seminans ad seminandum
et dum seminat. aliud cecidit in uia et uenerunt uolucres celi et comederunt illud. Aliud uero cecidit super petrosa ubi no habuit terram multam et statim exortum est. quia no habebat altitudinem terre Et qui exortus est sol exestuauit. et eo q no haberet radicem exaruit.
Et aliud cecidit inter spinas. et ascenderunt spine et suffocauerunt illud et fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam et dabat fructum ascendentem et crescentem. et afferebat unum triginta et
unum sexaginta et unum centum Et dicebat. Qui habet aures audiendi